

Notes du mont Royal



www.notesdumontroyal.com

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES
Google Livres

THE O N I-

DIS MEGARENSIS SEN-
tentia Elegiacæ, cum interpretatio-
ne & Scholijs Eliæ
Vineti.

ACCESSIONT ET HORVM
Poetarum opera Sententiosæ:

Phocylidis	Rhiani
Pythagoræ	Eratosthenis
Solonis	Panyasidis
Tyrtæi	Lini
Naumachij	Menecratis
Callimachi	Posidippi
Mimnermi	Metrodori
Eueni	Simonidis.

Seniorum libellus.

Omnia in usum Scholarum collecta, & ad uer-
bum conuersa per IACOBVM
HERTELIVM
Curiosum.

Adiecta quoq; est omnium uersio Latino
carmine à diuersis expressa.

Ov mēs d'ānārjōs i ḡ ip̄ apt̄ iāl̄ h̄l̄n̄s.

BASILEAE.



140 141

142 143 144 145 146

147 148 149 150 151

152 153 154 155 156

157 158

159 160 161 162 163

164 165 166 167 168

169 170 171 172 173

174 175 176 177 178

179 180 181 182 183

184 185 186 187 188

189 190 191 192 193

194 195 196 197 198

199 200 201 202 203

204 205 206 207 208

209 210 211 212 213

214 215 216 217 218

219 220 221 222 223

224 225 226 227 228

229 230 231 232 233

234 235 236 237 238

239 240 241 242 243

244 245 246 247 248

249 250 251 252 253

254 255 256 257 258

259 260 261 262 263

264 265 266 267 268

269 270 271 272 273

274 275 276 277 278

279 280 281 282 283

284 285 286 287 288

289 290 291 292 293

294 295 296 297 298

299 300 301 302 303

*AMPLISSIMIS, PIETATE,
PRUDENTIA, AC
eruditione præstantissimis uiris, D. Cos.*

et Senatoribus Reipublicæ SAL-

*VELDENSIS, Dominis ac pa-
tronis suis obseruandiss.*

S. P. D.



VANDO QVIDEM, uiri amplissimi, nihil animis hominum magis inhæret, quàm id, cui à teneris consuetudinibus: idque quod tenerum est, ut ait Seneca, proximis applicatur: universæ hominū societatis permagni interest, ut ab ineuntibus statim annis mortales optimis, quæ per totam uitam usui futura sint, assuescere discant. Quia uero ætatis imbecillitate iuuentus ad malum quàm ad bonum proclivior, minus considerat profuturane an obfutura sint, quæ tractat: opus est, ut per adultiores, quibus cura eius qualicunque modo, incumbit, à turpibus ad honesta, à uitijs ad uirtutum

a 2 amorem

E P I S T O L A

amorem deducatur. Id autē nulla commo-
diore uia, quām per liberalem institutionē,
fieri potest. tanta enim eius uis est in utrāq;
partem, ut nulla tam bona possit esse natu-
ra, quin illius quasi excolendæ cura inter-
missa, uitiosa reddatur: nulla item tam ma-
la sit, quæ non ad frugem liberali ac fidelī
institutione redigatur. Proinde cū adulta
hominū ætas ad omnia minus docilis tra-
stabilisq; sit, quām rudes illi iuuentutis an-
ni, qui instar ceræ quālibet impressionem
facile admittunt: tum generosi mores, ut il-
le ait, imbuendi sunt, cum tener est animus:
tum optimis assuescendum, eaq; discenda,
quæ nec grandinem, nec uim, nec lœuem i-
psum, ut Plato inquit, extimescāt: quę quo-
que cū naufrago salua enatare, nec à latro-
nibus eripi queant, cum ad quævis cereum
adhuc est ingenium. Nam postquam annis
iā quasi dirigit animus, partim ægrè, quo-
rum praua cōsuetudine fuimus infecti, de-
discimus: partim, quę nescimus, nō nisi ma-
xima nobis inculcati difficultate possunt.
Quod elegantissima metaphorā hac respe-
xisse uidetur Ouidius:

*Quæ prebet latas arbor spaciantibus umbras,
Quo posita est primum tempore, uirga fuit.*

Tunc

DEDICATORIA.

Tunc poterat manibus summa tellure reuelli,
Tunc stat in immensum uiribus aucta suis.

Hæc perita rerum antiquitas considerans, quæ nihil non egit, ut Republicæ optimè constitutæ in suo flore permanerent, iuuentutem, ceu seminarium totius hominum cōuersationis, optimis quibusuis non tam artibus & disciplinis, quam morum uitæque præceptis imbuendam curauit. Non ignara, & sine literis rudes inertesque, & cum literis parum utiles fore homines, nisi honestati uitæ quam primùm assuefierent. Plus enim deficere quam proficere eum, qui doctrina proficit, & moribus deficit, præter Aristotelem, quotidiana docet experientia. Non autem quæuis temerè, & citra delectū, teneris puerorum animis obtrudi passa est: sed eos autores, qui & pietatem, & præcepta de morum uirtutibus continerent, proposuit. In quorum auctorum numero, Poetæ, qui uel mira ingenij industria clarorum uirorum egregia facta in exemplum posteritati descripta reliquissent: uel quam breuissimis, maximèque illustribus sententijs doctrinam morum essent complexi, suo quodam iure facile primas obtinuerunt: unde & nonien

E.P.I.S.T.O.L.A.

illorū in maximo cultu, maximaq; ueneratione apud optimos quosuis exticisse non ignoramus. Plato, philosophiæ quidā sol, huiusmodi Poetas non dubitat nunc deorum filios, nunc prophetas appellare. Et tātum abest ut è Repub. sua eiecerit (quod ijs fecisse legitur, qui diuina poeticæ arte ad lasciviam, turpesque amores abusi erant) ut & ipse testimonij eorum usus, & alijs exemplo suo præclarissima ipsorum monumenta euoluendi autor fuerit. Sicut eius rei locuples testis est honestissima creberrimaque apud ipsum Solonis, Tyrtaei, Homeri, Heliodi, & aliorum melioris notæ mentio. Socratem, qui ipsius Apollinis oraculo sapiens pronunciatus est, Euripide Tragico familiarissimè usum esse, nemo nescit. μεσῶν θεράποντες λαὸν αὐτῷ φέροντες ab Hesiodo & Pindaro nuncupantur. Strabo autem lib. i. de Situ orbis scriptum reliquit, ueteres τὴν περτίνην ποιητὴν, ut omnium doctrinarum antiquissimam, philosophiam quādam perhibuisse. Quippe quæ à teneris nos unguiculis ad uiuendi rationes perducat, mores atque affectus edoceat, quæq; gerenda, declinandāue sint, quadam cāntus suavitate præcipiat. Et

quò

D E D I C A T O R I A.

quod magis suam erga huiusmodi ~~etiam~~ gratitudinē testatam redderent, iuuenesq; ad bonarum rerum studia, morumq; integritatē excitarent: statuis ac imaginib; eos honestari, poemata ipsorum in publicis Deorū celebritatibus, alijsq; conveneribus recitari, optimasq; sentētias templorum foribus, tanquam Deo dignas, imò ab ipsis Numinib; usurpatas, affigi, nec non aureis preciosissime materijs insculptas ad omnem posteritatem cōseruari curauerāt. Quemadmodum ex Platone, Xenophonite, Pausania, Plutarcho, Athenaeo, alijsque vetustissimis scriptorib; & iā dicta, & alia plura de Poetarum excellentia & utilitate cuiuis obuia sunt: nec patitur epistolæ angustia huc omnia referre. Etsi uero Christianæ professionis homines, sincerae Religionis Pietatisq; studium nō ab huiusmodi autoribus, sed ex sacrosanctæ Scripturæ fontibus petere debet & possunt, ut quæ sola salutem & aeternā beatitudinem per Iesu Christi ueri Dei, ueriq; hominis meritum credentibus paratam esse monstreret, præceptaque ad Christianam uitam utilia copiosissimè præscribat: tamen Poetarum quoque (qualium scripta iuuentuti proponimus)

E P I S T O L A

nimus) lectionem & usurpatam, & in non
contemnedo precio habitam, habendam-
que esse, grauissima sanctissimorum in Ec-
clesia Dei uirorum exempla & autoritates
comprobant: quarum paucissimas, ob eos
qui parum dextrè de Poetis sentiūt, in me-
dium proferre placuit. D. Paulum, electum
illud Dei omnipotentis organum, Poeta-
rum libros euoluisse, & ut Clemens ait, ad
ædificationem curamq; aliorum, testimonijs
eorum uti nō erubuisse, Sacrarum Lite-
rarū ueritas testatur. Sic Act.17. ubi Deum
esse probat, Aratum uetustissimū poetam
citat. 1.Cor.15.ex Menandro Comico malo-
rum consortia fugienda monet, quod prauia
colloquijs boni mores contumantur.
Cretensium mores Tit.1.ex Epimenide ua-
te Cretensi graphicè depinges ait: ἡγέρτης δει
ψοῦγα, λανά δεξια, γαστίς αγγαί. Gregorius
Nazanzenus, ob excellentiam Theologus
dictus, scriptis poetarum mirè delecatus
est, & sacroru carminū uolumen posteritati
reliquit: quod non solum priscis temporib;
bus propositum est pueris, ut Socrates, So-
zomenus, Orosius & Eutropius scribūt, ue-
rūm etiam hodie à doctissimis uiris in deli-
cij s habetur. Quid de Iohanne Chrysostomo

DEDICATORIA.

mo Patriarcha Constátinopolitano sub Ar-
cadio & Honorio Impp. anno Christi 401.
dicam, qui Aristophanis Comœdijs etiam
noctu pro puluino usus est? Quid de Eusta-
thio Theſſalonicense, cuius etiam hodie e-
ruditissimi in Homerum, ingeniorum fon-
tem, commentarij extant? Neq; mihi hoc
loco temperare queo, quo minus etiam D.
Basilij Cæſaricensis, cui uirtutum splendor
Magni cognomen peperit, uerba adſcribā,
de eorum Poetarū lectione, qui bonorum
hominum dicta factaue narrassent: quales
præ cæteris fuerunt, Homerus, Hesiodus,
Theognis, Phocylides, Pythagoras, Solon,
Tyrtæus, & alij. Sic ergo in Admonitione
ad adolescentes, quo pacto ex gentilium
scriptis proficere queant, ait: ἐπὶ τέττας περι-
επονητὴν καὶ ποιητὴν, καὶ λογοποιὸν, καὶ ρύτορον, καὶ πάσιν
αὐθράπτεις ὀμιλεῖτεν, ὅθεν αὐτὸν πέλλετε πρὸς τὴν τέλειαν τῆς φυ-
γῆς εἰπειδὲ μακρὰ ἀφίλατε τις ἰσοδαι. καὶ μετ' ὄλογον· εἰ
πάντην εἴτε τις οἰκαότες πρὸς αὐτὸν πέλλετε τοῖς λόγαις, περ-
γοραντὸν εἰπειδὲ μακρῷ γρῦποις γενόιτο· εἰ δὲ μή, αὐτὰς τό-
γε παραδοῦται βούτας λαζαμαθάν τὸ διάφορον καὶ μι-
κρὸν εἰς βιβαίωσιμον βιλτίον. Hoc est: Poetis &
oratorib. omnib. hominib. utendū, unde fu-
tura sit aliqua utilitas, quæ ad animæ faciat
ædificationē. Et paulo pōst: Etsi nostrorum

E P I S T O L A

sermonum atq; gentilium ulla est conuenientia, nobis illorum ualde conferet noticia; sin minus, eos saltem simul conferendo differentiam discere licebit, cum ad melioris optionem atq; dolectum non parum comparatio ualeat, & inferiora sapientia collata sint prioribus ornamento. Nec ab his dissentit Philo sapientissimus, dum libro de Agricultura, de puerorum studijs in huc modum differit: οὐτόνων δέ ταῦτα μηνὶ οὐκ ἀπίστε
 παιδεῖν φυχάς μαρτύρια, ὅποι λαρυγνὸς αὐτὸς εἰς
 λινόστρους. οἴγι δὲ ταῦτα, οὐ τὰ γράφειν λαταραγγίαν
 οὐκοῦσταχος ἐπιτίθεντος, οὐ τῷ παρὰ εορτής παι-
 τῶν αὐτοῖς ὅρσιν, γυμνίσθια, λαταραγγίαν τὰς ρυ-
 τηριὰς λόγια μελέτη, λαταραγγίαν σύμπασα τῆς ἀγρυπνίας
 παιδέας παροντας. Quæ uerba Latinis auribus
 sic sonant: Inseram autem primùm in puer-
 ilis æratis animas, surculos, quorum fru-
 etus ipsas enūtriat. Sunt autem hiscriben-
 di legendique certa industria, eorum quæ
 apud sapientes poetas habentur diligens
 scrutatio, geometria, oratoriæ facultatis
 meditatio, & uniuersa liberalis musica. At-
 que hæc quidem de Poetarum autoritate
 & lectione paucis attigisse, non plane utras-
 tam διληπτη, sufficiat. Haud enim paré humeris
 suscipere m prouinciam, si ex singulis Chri-
 stianis

DEDICATORIA.

Iianis scriptoribus (ut de gentilium myriadibus taceam) poetarum & laudes colligere, & osorum calumnijs occurrere conarer. Ego itaque tantorum uirorum iudicio & consilio incitatus, iuuentuti, cuius informandæ mihi quoque cura incumbit, hac in parte, quod ad optimorū poetarum studium attinet, labore quidem duro, animo uero non ægro consulete studeo, cum hanç meam esse Spartam non ignorem. Mirificè enim peritæ rerum antiquitatis, quæ, ut Plato uult, *λρείτων ἄμα λικὴ ἐγγυτέραι
οὐαὶ εὐχέτο*, exemplum sequi, & quantum par est, alijs ad idem faciendum autor esse placet. Hac de causa, cum labores nostros, quos in Comicorum L. scriptis ab interitu uindiçandis exhausimus, bonarum literarum studiosis non ingratos animaduerterem: facile, nunquam satis laudati ui- ri D. Ioannis Oporini, Compatriis ac amici mei obseruādiss. cōfilio acquieui, quo me, ut horū quoq; poetarum, quos hic dāmus, scripta collecta iuuentutis studijs communīcāre, incitauit. Theognide ergo γρωμικωτῶν, cū uersione & doctissimis ELIAS VINE Annotationibus, ex arbitrio D. Typographi, præmisso, reliquorū autorum omnium

E P I S T O L A

nium scripta ex diuersis hinc inde autorib.
concessimus, congeta fideliter interpreta-
ti sumus, & ad puerorum captū quām pro-
ximè accommodauimus. Nec iuuenilibus
ingenijs inutilem hāc nostram operam fo-
re speramus. Castissima enim saluberrimā-
que de moribus præcepta proponit, quę u-
sum non pœnitendum in omnes uitę huius
partes, si recte percipiatur, sint allatura. Præ-
terea Græcæ linguae (quæ comptissima est
in his autoribus) cum Latina collatio, non
parum emolumenti ad uberiorem erudi-
tionis thesaurum comparandum adferet:
ijs præsertim, qui aliàs uiua magistri uoce
destituti, ipsi sibi præceptores esse in Græ-
ca literatura coguntur: ut plures commo-
ditates, quas præter iuniores etiam adulti
hinc haurire possunt, sciēs præteream. Non
parum tamen doctissima Stobæi interpre-
tatio, unde non paucas sententias transcri-
psimus, nos iuuuit. Versionem Latino car-
mine, sui cuique interpretis nomine præfi-
xo, ne alienis nos ornare plumis uidere-
mur, subiecimus, ut Græcæ elegantiæ cum
Latina melius perspiceretur conuenientia,
ab ijs qui iam absque cortice in Græco stu-
dio natare queunt. Nondum carmine red-
dita,

D E D I C A T O R I A.

dita, pro nostra tenuitate pedibus astrinximus, ita ut quām proximē Græca sententia exprimeretur. Alicubi lectionis uarietas margini est aspersa. His omnibus eiusdem, si non carminis, tamen argumenti libellus Senariorum insertus est, ut quām absolu-
tissimam de moribus, totaque uita lauda-
biliter instituenda doctrinam, optimorum
hoc Poetarum Opus teneris puerorum a-
nimis proponeret.

Hunc autem nostrum laborem, Viri am-
plissimi, uobis inscribere, librumque Scho-
læ uestræ consecrare, maximè necessarium
duxi: tum, ut sub amplissimi nominis ue-
stri patrocinio (quod quām eximum er-
ga bonarum artium cultores semper exti-
terit, manifestius est quām ut nostro præ-
conio indigeat) tutus à maleuolorum, quo-
rum plena sunt omnia, morsibus in com-
munem iuuentutis usum prodiret: tum in
primis, ut grati tandem animi indicium, li-
cet exiguum, exhiberem pro innumeris
Reipublicæ uestræ in me beneficijs. Cum
enim puerilium studiorum partem non
postremum Scholæ uestræ celeberrimè
constitutæ, sub optimis præceptoribus
M. Christophero Hoffmanno,
&

EPISTOLA

& I O A N N E Tumlero(D.C A S P A R E A^Z
quila primariam Ecclesiæ curam gerente)
feram acceptam : gratitudinis officium ui-
debatur requirere , tam pro his, quām pro
alijs ciuium uestrorum in me meritis, char-
taceo hoc munusculo, cum aliud non esset,
testatum omnibus reddere, memoriam hu-
manitatis uestræ nondum apud me senuis-
se : si fortè alij meo exemplo excitati, me-
liora, nominiq[ue] uestro amplissimo magis
conuenientia darent, & tandem *αχαριστας*
turpissimum crimē à Christiano cōetu exu-
lare inciperet. Etsi uerò perse satis exiguū
est munusculum hoc, nec dignum quod
cum P. V. officijs conferatur: tamen, si pro
uestro fauore erga liberalia studia & iuuen-
tutis honestam institutionem, offerentis a-
nimū respexeritis, nō minus gratum con-
fido futurū, quām si uel Colophonium au-
rum à me P.V. oblatum esset. Quæ spes
ne me fallat, per eam, qua omnes φιλομάθοι
prosequi soletis, benevolentiam etiam at-
que etiā oro. Deus opt. maximus, æternus
Pater Domini nostri Iesu Christi, P.V.
cōsilia & actiones ad sui nominis gloriam,
& Ecclesiæ, Scholæque communem salu-
tem dirigat, uosque omnes in sui agnitiō-
ne


D E D I C A T O R I A.

ne uéra conseruet,Amen. Basileæ,ex Ludo
literario ad D.Petrū, 8.Calend. Febr. Quo
die ,ut quidam uolunt, ante annos 15 27.
Paulus Tarsensis ad pœnitentiam reuoca-
tus diuinitùs ,hostili in Christianos animo
deposito,CHRISTI dogmata amplexus
est:quemadmodum Lucas Act.
9.scripsit.

P. V.

deditissimus,

Iacobus Hertelius
Curiensis.



ELIAS VINETVS

Santo Lectori.



v n̄ ocij plurimum anno su-
periore apud Franciscum San-
gelasium Engulismensis Ec-
clesiae Decanum, virum cùm
generis splendore, tūm inge-
nij dexteritate apprimè nobilem, nactus
fuissem: id totum, quantum per aduersam
ualetudinem licuit, in iucundissima Græ-
corum poetarum lectione à mē contritum
est. qua quidem in re consilium eorum lu-
bens secutus sum, qui antiquos scriptores
eo legendos ordine censem, quo & uixea-
runt, & scripserunt: quod recentiores à ue-
tustioribus semper habeant quidpiā, quod
non facile intelligas, nisi prius illos dili-
genter legeris. Perlectis igitur, quorum fuit
copia, uetustissimis quibusque, cuiusmo-
di sunt Homer & Hesiodus, Theogni-
dem tandem in manus sumpsi: cuius sena-
tentias licet graues esse non dubitarem, eò
tamen intellectu mihi faciles fore spera-
bam, quod crederem nihil esse illic quod
à posterioribus, quos aliquando legeram,
non fuisse luculentius tractatum. Verum
b uixdum

uixdum è portu soluetam, cum tot subito
emergunt scopuli, tot statim obortę nubes,
cœlumq; diemq; eripiunt oculis, ut à pro-
posito facile his deterritus fuisse, nisi cu-
pido huius conficiendi æquoris me planè
obstinata iā inde cepisset, ex quo primūm
à preceptoribus meis, Aristotelis aliorumq;
ueterum scripta prælegi mihi cœpta fuerat,
quæ huius poetæ sententijs ueluti suauis-
simis flosculis inspersa essent.

Cum igitur pergere obfirmato prorsus
animo certum esset, quæ ad tam difficilem
periculosamque rem conficiendam condu-
cere uisa sunt, ea diligenter omnia adhibui,
cuiusmodi sunt cùm uariorum codicum,
locorumque ex eodem autore ab alijs scri-
ptoribus citatorum diligens collatio: tum
syncerum & acre amicoru meorum, uiro-
sum doctorum, unà cum meo, iudicium: in-
ter quos Petrus Panætius & Iacobus Gu-
pylus, facile principes. qua quidem diligen-
tia abscessis, abiectis, transpositis multis, effe-
ctum tandem est, ut instituto satisfecerim
meo, perlegerim bonum poetam, eorumq;
quæ in eo corrupta erant, bonam magnam-
que partem obiter castigauerim. Cæterum
cum in eo totus essem, Ioanni Lodoico Ti-
letano

E P I S T O L A.

letano, typographo diligentissimo, rem pat-
tefeci, cum in eius bibliopolium, quærendi
ex eo exemplaris gratia aliquando me con-
tulisset: quam ubi intellexisset, rogauit ue-
hementer, ut si quid haberem in eum auto-
rem, quem esset brevi excusurus, commu-
nicarem: me sibi, studiosisq; omnibus gra-
tum facturum. Id autem per facilem impetra-
uit ille, quando ineunte hac æstate huc ue-
ni, candide Lector: cui in tuam gratiam pu-
blicandum tradidi, quicquid fuit nostri in
Theognidem laboris. quem autorem uti-
nam tam totum restituere omnino potuis-
sem, quam cupiebam. Is enim tam depra-
uatus fuit, tam lacer, tam mancus, ut nulla
diligentia, nullo labore, nullis deniq; quan-
tislibet uigilijs id præstare potuerim. quæ
res in causa est, ut in Latinum sermonem à
me conuersum non habueris. Quod reli-
quum igitur hic desiderabitur, id ab alio in-
terim dum fœlicius expectabis, nostro hoc
labore, quantuluscunq; est, fruaris, eumq;
boni consulas uelim. Vale, Lutetiae.

Calendas Sextil.

1543.

b 2

THEO

Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Une ou plusieurs pages sont omises
ici volontairement.

Ciuitatem, et populos, et patrem honestans:
 Multis per pectus et scutum rotundum vulneribus,
 Et per thoracem ab anteriore parte fauciatus.
 Hunc uero lugent pariter iuuenes, senesque, etur.
 Et graui desiderio tota ciuitas funus ipsius prosequi
 Huius sepulchrū, et liberi inter homines praeclarissunt,
 Itemque nepotes, et omne posterorum genus.
 Nunquam eius bona gloria interit, neque nomen ipsius:
 Sed quamuis sub terra sit, manet immortalis.
 Quem se forsiter gerentem, manetemque, et pugnatum,
 Pro patria et liberis achemens Mars pereinerit.
 Quod si effugerit sorte mortis longū inducētis sopore,
 Et uictoria potitus splendidā gloriā pugna auferat,
 Ipsū ex equo omnes iuuenesque, senesque colunt,
 Multisque iucundis affectus ad orcum abit.
 Senescens autem inter ciues precellit, neque quis illum
 Ladere nec irreuerenter nec iniuste cupit.
 Omnesque in sedibus iuuenes simul et aequales
 Loco cedunt ei, quique maiores nati sunt.
 Huius igitur uirtutis ad summū peruentire, nunc aliquis
 Nitatur animo, non remittens bellum.
 Eiusdem: alias Callini,
 Quamdiu torpetis? quando strenua habebitis armam
 O' iuuenes? an' non ueremini uicinos,
 Ob tantam ignauiam? In pace autem uobis uidemini
 Sedere: sed bellum totam regionem infestat.
 Quim scutum aliquis arte in prelio hosti obtendat:

Et

έσυ τε λαὸς οὐ πατέρ̄ σὺνλέσσει
πολλὰ διὰ τέρνοιο οὐκ αἰσίδος ὀμφαλούσης,
οὐδὲ διὰ θώρηκος πρόσθιν ἐληλαυνός.
τὸν δὲ ὁλοφύρονται μὴν ὁμῶς νέοι, καὶ τέ γέροντες,
αργαλέων ἢ πόθῳ πᾶσαι λέπιδε πόλεις.
οὐδὲ τύμβος, οὐδὲ παιδεῖς εἰς αὐθρώποις αἴρονται,
οὐδὲ παιδῶν παιδεῖς, καὶ γυνίς ἔξοπίσω.
δολέ ποτε οὐλέσι εἰδῆσιν απόλλυται, δολέ οὐδὲν αὐτῷ,
αλλ' ὑπὸ γῆς πορῇσιν γίγνεται αἴθανατος,
οὐ τινὰς αρτσόνονται, μενοντά τε μαρνάμενον το
χῆς πέρι οὐδὲ παιδῶν θῆρος Αρης οὐλέσῃ.
εἰ δὲ φύγοι μὴν οὐδεις ταυτεγέος θανάτοιο,
νηπίοις δὲ αὐχμῆς αὐλαὸν σῦχος ἐλοι,
τάντες μὲν τιμῶσιν ὁμῶς νέοι, καὶ τέ παλαιοί,
πολλὰ δὲ τορπνὰ παθὼν ὅρχεται εἰς αἰσθήσιν.
γηράσκων δὲ αἴσιοῖς μεταπέρεπται, δολέ τις αὐτὸν
βλαέπτειν, γέτε αἰσθῆσις οὐκέτε.
τάντης νῦν τις αὐτὴρ αρετῆς εἰς ἀνρομήνεωσι
τειράδω, θυμὸν μη μεθεῖεις πολέμου.

τοῦ αὐτοῦ, η Καλλίνυ.

μέχρις τον κατάπισθε: οὐτούτοις ἀληπιμονέετε θυμὸν,
οὐ νέοις; δολέ αἰσθησις αμφιπορίηνονται,
ωδερίην μεθισύτες: εἰς εἰρήνην δὲ πονέτε
ὑδαι, ἀταρ πόλεμος γαῖαν αἴπασαν ἔχει.
* οὐ νῦ τις αἰσιδα θεόδωρος εἰς αἴτιον πολεμίζων.

* Hunc he
xametrum
D. Camera
rius de suo
suppleuit.

λαί

Et aliquis moriens ultimò laculum emitat.
 Honori enim est ex ornamento viro, pugnare
 Pro patria ex liberis ex tenera uxore
 Aduersus hostes. Mors autem aderit, quando cunq;
 Parcet destinauerint. Sed age quispiam recta pergas
 Extenso in altum gladio, ex sub scuto forte pectus
 Foueat, cum primum incipit committi pugna.
 Non enim mortem effugere fatale est
 Virū, neq; si à maioribus immortalib. genus ducat.
 Sepe quis elapsus è pugna sonituq; telorum
 Euadit, sed ipsum domi fatalis mors apprehendit.
 Atq; hic sanè nec amicus est populo, nec gratus:
 Illū uero magnus et parvus deflet, si qd passus fuerit.
 Vniuersus enim populus uirum fortē desiderat
 Defunctum, uiuentem uero instar semidei colit.
 Nam corā intuentur illum uelut turrim:
 Quippe solus multorum equat facinora.
 Eiusdem.

Veruntamen Herculis genus invictum estis:
 Confidite, non dum lous facies auersa est à nobis.
 Nec hominum turbam formidetis, aut metuatis,
 Quin recta quisq; hostibus scutum obuertat
 Inuisam amissurus animam, mortisq; nigrum,
 Sed solis splendori gratum subiturus fatum.
 Nostis enim quām grauia sint Martis luctuosi opera,
 Nostis etiam impetum permolesti belli.
 Et quandoq; fugistis ipsi, quandoq; alios fugastis,

καὶ τις ἀποθνήσκων ὑπάτερον οὐαίτω.
 τιμῆσύ τε γαρ ἐστιν καὶ μηδὲ μάχεσθαι
 γῆς πέρι, καὶ παιδῶν, καὶ γείτναις τὸν αἰλόχον
 λυσμενέσιν. θαύματος δέ ποτε ἔσεται, ὅππότε λιγούσῃ
 ποίησαι ἐπικλώσωσθε. αἰλλά τις ἰθὺς ἕτω,
 ἐγχος αὐταχόμονος, καὶ νῦν ἀστίλος ἀλημονῆτορ
 ἔλεσαι τε πρῶτον μηγυνμούσα πολέμῳ.
 οὐ γαρ πως θαύματόν γε φυγὴν εἴμασφι μούσοις ἐστίν
 αὐτῷ, ὃς εἰ προγόνων ἡ γούσος αἰθανάτων.
 πολλάκις θνητά φυγῶν καὶ μᾶς πομφὴν αἰνόντων
 ὄρχεται, σὺ δὲ οἰκια μοίρα λίγην θανάτου.
 αἰλλά ὁ μὲν ὑπέμπται θέματος φίλος, ὃδε ποθενὸς.
 τὸρ δὲ ὀλίγος συνάχει, καὶ μέγας, μὲν τι πάθη.
 λαζεῖ γε ξύμπαντι πόθος λιραῖσθρόφρονος αὐτῷ
 θνάσκοντος, γάνωρ δὲ ἄξιος πάμβεων.
 ἀπεσθραὶ γαρ μηρούρησιν ὄρθωσιν
 ἔρδειν γε πολλῶν ἄξια μάνος ἐσθρ.

ΤΥΧΑΙΩΝ.

αἰλλά. Ηρακλῆς γε αδίκητον γούσος ἐγένετο
 θαρσεῖτε, ὃπως γενέσθε αὐχούσας λοξὸν ἔχετε.
 παῖς αὐτῷ τῷ πλευθεῷ μεταμένετε, μηδὲ φοβεῖσθε,
 ιθὺς δὲ εἰ προμάχος αἰσπίδος αὐτῷ ἔχετε,
 ζεύραὶ μὲν ψυχήν θέμονος, θανάτου δὲ μελαίνας
 αὐγαῖσιν λιραῖσθρονος φίλας.
 ήτοι γε αἱρετε πολυμαρτύρας ὄργυς αἴρεισθε,
 σὺ δὲ ὄργυν ἐδάστης αἴργαλέν πολέμῳ.
 καὶ μηδὲ φευγόντες τε θηρόντες τὸ γούσον;

Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Une ou plusieurs pages sont omises
ici volontairement.

Rettuleritq; sua parta trophea manu,
 Illum omnes pariter decorant iuuenesq; senesq;
 Et bona percipiens plurima latus obit:
 Affectus senio toti gratissimus urbi est,
 Prorsus et bunc ipsum ledere quisq; cauet.
 Turba senum iuuenumq; loci concedit honorem,
 Nullus et equalis se equiparare uelit.
 Ergo aliquis tanta uirtutis tangere culmen
 Conetur, toto pectore bella petens.
 Eiusdem, uel Callini.

O' iuuenes, quid uult sibi tanta ignavia? ubinam
 Sunt animi?num de finitimis rubor est
 Segnitiem ob uestram? secura pace potiri
 Creditis: at bello patria tota tremit.
 Quilibet audacter mauortia surgat ad armas:
 Atq; aliquis moriens ultima tela uibret.
 Pro patria pulchrum est, natisq; et coniuge chara
 Pugnare, et ualida bella cicre manu.
 Mors aderit, cum fata uolent. iam quis mihi recta
 Prodeat in pugnam, cum citò copta fuit,
 Tollens terribili gladium uirtute, tegensq;
 Fortia pregrandi pectora sub clypeo?
 Effugere haud ulli mortem conceditur, eis si
 A superis ortum duceret ipse suum.
 Sepe quis à bello, telisq; reuersus, et hoste,
 Repperit in proprijs ædibus exitium:
 Nec tamen hic gratus populo est, nec amabilis ulli:

Illum

Ilam autem deflet cum iuniore senex.
 Quippe sui desiderium post fata relinquit
 Fortis, at in uita est semideo similis.
 Conspicitur siquidem ueluti fortissima turris:
 Nam que multi agerent, omnia solus agit.
 Eiusdem.

Alcida sedenim genus insuperabile, fortis
 Est animo: nondum flexa loris facies.
 Vos ne turba virum, densus ne terreat hostis:
 Omnis in aduersos obuia tela gerat:
 Inuisamq; adeò statuens abrumpere uitam,
 Precipiti cursu malit obire semet.
 Nostis enim quam sint torrentia prelia Martis,
 Nostis ex armigera quanta sit ira deæ.
 Terga cecidistis partim, partimq; fugati
 Estis, ex experti scitis utrumq; satis:
 Qui perstant simul, ex primi certamina tentant,
 Audentes animo comimus arma sequi,
 Per pauci moriuntur, ex à tergo agmina seruant:
 Ast hominis timidi gloria tota perit.
 Vix mala quis uerbis perstringere singula posset,
 Que vir, qui in bello turpia gesit, habet:
 Nempe ingens ignominia est, fugitare parantis
 Lethali gladio terga secare uiri:
 Turpe ex pulucrea stratum tellure cadauer,
 Dorsa gerens crebris saucia vulneribus.
 Progrediens aliquis maneat pede firmus utroq;

Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Une ou plusieurs pages sont omises
ici volontairement.

Eiusdem.

*Homo cum sis, nihil affere stabile:
Nec ubi uideris hominem, certa
Spacia etatis promitte. etenim
Muscae uolucris res in morem
Inconstantia rotat humanas.*

Eiusdem.

Nec ullus expers criminis, nec mortis est.

Eiusdem.

Vt arma fugias, fata non fugies tamen.

Eiusdem.

*De luce caspis cor memoriam non supra
Vnum tenebit, si cor habeamus, diem.*

F I N I S.

BASILEAE, EX OFFICINA
OPORINIANA, ANNO SALVTIS
humanae M. D. LXXVI. Mensē
Martio.